

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.24

Auteur(s) : Louis Paul Turmeau

Type de document : affiche

Éditeur : Cars (Paris)

Imprimeur : Veuve Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1787

Inscriptions :

- nom d'illustrateur inscrit : Lichery

Description : Une feuille de papier tachée et salie. Le bord supérieur est froissé et présente une déchirure réparée au verso par un morceau de papier collé. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 692 mm ; largeur : 470 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Louis Turmeau, le mardi 17 avril 1787, à Paris. Les articles de droit civil traitent de la gestion des biens des mineurs sous tutelles. Les articles de droit canon portent sur les mutations des évêques. L'estampe représente Saint Louis soignant un blessé après une bataille. Elle a été acquise chez Cars à Paris.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



OPTIMI PATRIS SUOQUE PATRONO.
THESES UTRIUSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 2. Extrà. De Translatione Episcopi.

TRANSLATIO est Episcopi vel electi de una sede ad aliam sedem legitimè facta mutatio.
II.
JAM à primis Ecclesiæ temporibus translationes locum habuisse testantur exempla Divi Petri & quorundam aliorum patrum.
III.
DEINDE propter pericula quæ ex frequentioribus mutationibus emergere visa sunt, pluribus conciliis fuerunt prohibita.
IV.
VERUM Ecclesiæ urgens necessitas & evidens utilitas usum translationum reduxit.
V.
PROPRIA tamén autoritate nunquam licuit Episcopo ab una Ecclesiâ transire ad aliam.
VI.
CAUSÆ enim translationis proponi & confirmari debebant in pleno Concilio totius provinciæ, cui præerat Metropolitanus.
VII.
PROCEDENTE tempore Patriarchæ primum confirmandi, deinde transferendi potestatem consuetudine & longo usu sibi arrogaverunt.
VIII.
TANDEM omnes omnino translationes per universum orbem, tanquam majores Ecclesiæ causas, sibi vindicavit Summus Pontifex.
IX.
IN Galliâ verò vi concordatorum translationes Episcoporum solius Summi Pontificis & Regis autoritate perficiuntur.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Dei-paræ, & Præside CL.F.D. CAROLO STEPHANO BELIN, J.U.D. Consultissimæ Facultatis Parisiensis Aggregato, & in Senatu Patrono, rueri conabitur LUDOVICUS-PAULUS TURMEAU, Blonsis, die Martis 17 Aprilis, anno Dom. 1787, à tertiâ ad quintam.

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D.D. Desferrière, Drouot, Guynemer, Gravier, Belin, Duménil.

PARISIIS,

IN SCHOLIS JURIS.
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam FAYARD, Consultissimæ Facultatis Typographum, viâ Matherinæcæ.

Ex Lege 3. Cod. De Prædiis & aliis rebus minorum.

TUTORES & curatores liberam olim rerum ad pupillos minores-ve pertinentium administrationem habebant.
II.
ADMINISTRATIONIS officio continebatur jus rerum tam pupillorum quam minorum intra gellionis suæ fines propriâ autoritate alienandarum.
III.
VERUM ne profusâ illâ facultate pupilli vel minorum rebus suis spoliarentur certis finibus circum scripta fuit alienandi potestas.
IV.
DIVI Severi oratione cautum fuit tutores vel curatores prædia pupillorum minorum-ve rustica & suburbana temerè alienarent.
V.
EX hoc senatusconsulto ejusmodi bonorum alienatio à tutoribus & curatoribus absque magistratûs decreto facta inutilis esse coepit.
VI.
SEVERI constitutio nec ad res mobiles nec ad prædia urbana pertinebat.
VII.
VERUM Constantinus alienationis prohibitionem ad prædia urbana produxit.
VIII.
QUIN imò argentum, gemmas, cetera quæ mobilia pretiosa à curatoribus tutoribus-ve sine decreto alienare prohibuit.
IX.
EJUS tamen rei quam alienari testamento jussit pater, licet absque decreto facta alienatio inutilis non est censenda.

